



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

IX. De moribus & actibus vere humilium: item de notis superborum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

dit hic justificatus ab illo, id est, præ illo scilicet Phariseo.

S. Quis sicut tu Domine Deus *Psal. 112.*

noster, qui in altis habitas, & humilia respicis in cælo & in terra?

Qui suscitans à terra inopem, *Psal. 146.*

& de stercore erigis pauperem!

Esto in humilitate nostra me- *Psal. 135.*

mor nostri; custodi parvulos tuos *Psal. 9.*

& humilia peccatores usque ad terram.

Judicare Domine Deus pu- *Psal. 88.*

pillo & humili, ut non apponat

ultra magnificare se homo super

terram,

Ecce per scripturas sanctas

transiens, video sicut vulneratum

superbum, & ipse de manu tua

repulsus est.

CAP. IX. De moribus & actibus
*vere Humilium, item de
notis superborum.*

Sed jam videre libet è contra-

rio, qualis etiam humilis actu

fit & moribus, quæ cogitatio e-

jus, & quod signum sanctitatis e-

jus.

D. Ecce domi latet, quia hu-

milis locum semper quærit no-



Luca 14. *invitatus fueris ad nuptias, vade & recumbe in novissimo loco.*

Non tamen hoc fice, sed hunc deberi sibi sentit ex digno. Alioquin non erit illi gloria, neque merces apud Patrem, qui in caelis est, qui omnia videt in absconso.

Matt. 6. **Humilis & modesti hominis mores & indicia.** 2. Si ab aliis objurgatus & diffamatus fuerit, patienter sustinet, & humiliter tacet.

3. Meditatur in corde, quanta opprobria sustinuit Salvator mundi. Dicebant enim Judæi de filio Dei: *Dæmonium habet, & seducit turbas. Vorax est, & potator vini, amicus publicanorum & peccatorum.*

Luca 7. 4. Consolatur his verbis seipsum humilis, & dicit: *Non est servus major domino suo. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?*

Matt. 10. 5. Sequar Dominum meum Jesum; quia ipse dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Luca 9.

Noli conturbari, anima mea,
 quoniam digna factis recipis; Je-
 sus autem nihil mali gessit; nec
 quisquam morte dignum fecit; & *Phil. 2.*
 tamen usque ad mortem crucis
 semetipsum humiliavit. Quia si *Luc. 23.*
 in viridi ligno, quod erat in pa-
 radiso Dei, hæc fecerunt, in ari-
 do, quod tu es, quid fiet? Et ideo
 injuste querulor; juste autem pa-
 tior, quotiescumque, & à quo-
 cumque vituperor.

D. Si fuerit humilis increpa-
 tus & accusatus, non quærit ex-
 cusationes aut redargutiones;
 sed omnem ostendit humiliatio-
 nem, confitetur culpam, promit-
 tit sui emendationem. Cur hoc?
 Quia non hominibus placere,
 sed Deo quærit satisfacere.

Parvipendit confusionem ho-
 minum, quia timet divinum ju-
 dicio, ubi occulta erunt mani-
 festa. Quisquis humiliter modò
 confitetur culpam propriam,
 percipiet tunc à me peccatorum
 suorum remissionem.

5. Dicit ergo humilis, sive ju-
 ste, sive injuste reprehensus, *Psal. 50.*
Peccavi, & malum coram te
Y y 7 feci.

*Psal. 37. feci. Ego in flagella paratus sum,
& dolor meus in conspectu meo*

*Psal. 50. semper. Quoniam iniquitatem
meam annuntiabo, & cogitabo
pro peccato meo. Sentit vulnus
peccati interius, & ideo fert le-
vius, quicquid cruciat exterius.
Hoc est enim magnum humili-
tatis indicium, confiteri in re-
dargutione peccatum proprium.*

**Superbo-
rum mos
est non
ferre
correp-
tiones.**

E contrario quidam superbo
agunt excusando, & se defenden-
do coram aliis. Non (inquit su-
perbia eorum) hoc feci; aut si fe-
ci, bene feci. Si male, non mul-
tum male; neque in tantum, sicut
isti dicunt. Quis est ille homo,
qui talia loquitur de me? Et ta-
men istiusmodi fabulatur ali-
quando publice de perpetratis
malis suis; ibi inquiring sui, & ta-
lia feci; hæc dixi, & sic respon-
di.

Quantæ miseræ & cæcitatæ
est, illud ore proprio pronuntia-
re, se male egisse, & peccatorem
se reputari ab aliis ferre non
posse? Filii hominum usquequo
diligitis hanc vanitatem, & quæ-
ritis mendacium?

Si

Si interrogatus fuerit humilis, non promptulus ad responsa invenitur, sed ferus & providens.

Alia nota & proprietates humilitatis.

Non est etiam ad risum facilis, sed gravitate temperatus.

Cor eius devotione spirituali citius tangitur, quia de temporali gaudio non consolatur. Compunctioni est deditus, & ad considerandum se invenitur primus.

Studet propria fieri mala, aliorum bona considerare, & infirma eorum portare, & pio modo excusare.

6. De magnis & sublimibus presentis vite rebus, de honoribus & dignitatibus, de gradibus & cathedris minime curat, sed omnia peritura & vana esse considerat. Homo enim cum interierit, non sumet hæc omnia secum.

Psal. 48.

Et ubi (inquit) sunt, qui in hoc mundo floruerunt? tanquam peregrinus & hospes unius noctis, sic pertransierunt.

Contemnit ergo omnes mundi honores, amplectitur opprobria & abjectiones. Eligit abjectus esse

Psal. 83.

se

se in domo Dei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Suscipit leve jugum Christi, abjicit laboriosam servitutem diaboli.

Superbi
perpetuo
anxi, hu-
miles
tranquil-
li,

Nihil laboriosius, quàm velle ascendere, & hoc frustra; quia superbus timet semper, ne superetur; & quotidie dejicitur, ipso etiam ignorante.

Psal. 94.

Pax autem & gaudium cum humili, qui per viam planam sanctorum graditur, & in vallibus commoratur. *Valles enim abundabunt frumento, hoc est, consolatione Spiritus sancti: clamabunt & hymnum dicent pro donis, quæ perceperunt.*

Tsal. 21.

Propterea nil jam quærit in terrenis, quia spes ejus tota suspensa est in coelestibus. Orat cum Propheta, & dicit: *Spes mea Domine, à juventute mea tu es. portio mea in terra viventium.*

Psal. 72.

Quid enim mihi est in caelo, & à Deo meo quid volui super terram? Deus cordis mei. & pars mea Deus in aeternum.

Subesse desiderat; aliis servire

paratus est propter nomen meū.
 Recordatur enim Scripturæ di-
 centis : *Remansit puer Iesus in Luca 2.*
Hierusalem, & non cognove-
runt parentes ejus. Ubi mox se-
quitur: Et descendit cum eis, &
erat subditus illis.

Et iterum; *Ego in medio ve-*
strum sum, sicut qui ministrat.
 Dicit ergo ad semetipsum; *Non-*
ne subjecta Deo eris anima mea, *Psal. 61.*
quoniam ab ipso salutare meū?
 Verumtamen subjecta esto Deo
 anima mea : quia ipse est salus
 tua.

Familiaris est humilibus amor
 subjectionis, despectionis; &
 nullius reputationis. Et ubi pos-
 sunt tales inveniri?

7. S. Domine mi, tu scis. Tibi
 nota est omnis congregatio San-
 ctorum, quoniam humilium in-
 habitator es mentium. Non sum
 ex illis; sed miserere mei & parce
 peccatis meis, ut detur mihi lo-
 cus pœnitentiæ, illorum saltem
 meritis. Gaudeant, qui hujus-
 modi sunt, quia magnam gratiam
 apud te invenerunt.

Ecce ad memoriam venit illa

OMN-

Lucæ 1.

omnium Sanctorum sanctissima
Dei genitrix virgo Maria, cui ab
Angelo dicitur: *Ne timeas Ma-
ria, invenisti enim gratiam a-
pud Dominum. Et ego cur non
invenio gratiam in oculis tuis?*

Vitium
superbiæ
obstacu-
lum
gratiæ.

D. quia necdum parvus factus
es sub oculis tuis. Defectus gra-
tiæ est, propter aggeres super-
biæ. Ejice primum hanc trabem de
oculo tuo, & tunc videbis quid
facturus sim humili servo meo.

Psal. 15.

Quando negavi humili gratiã?
Et quãdo non exaudivi orationem
pauperis? Audi Prophetam: *Iste
pauper clamavit ad Dominum,
& Dominus exaudivit eum, &
ex omnibus tribulationibus ejus*

Psal. 101

*salvavit eum: Quia respexit deus
in orationem humilium, & non
sprevit preces eorum.*

Multi elato corde accedunt
ad me, & ego non exaudio eos.
Petunt, non ut sanentur à pecca-
tis, sed ut appareant sancti ho-
minibus.

Optant devotionem, sed pati
nolunt mecum confusionem; hu-
militatem concupiscunt, sed cum
humilibus contemni ab homini-
bus refugiunt. Sic

Sic amare quærunt virtutes sine odio vitiorum, & falluntur in desiderio suo. Qui enim vult habere dulcedinem virtutis, extirpare debet cor à vitiis; & passio- num tribulis.

Nota?
Quid profecti nostrum ut plurimum impediatur.

Humilis autem nititur semper destruere omnem elationem cordis, & odit prælationem super alios, quæ est iniquitas maxima.

Nam hæc Angelos fecit demones, & homines constituit peccatores; quia immundus est coram Deo omnis, qui exaltat cor suum.

¶ Væ, qui magni estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Væ, qui creditis omne altum sanctum; & ad omne sublimedicitis, Honor Dei est, & gloria ejus. Et quare decipitis cor vestrum? *Multi erigimini filii Levi* Nolite ambulare in magnis & mirabilibus super vos, sed inclinate rebelles cervicem vestram.

Isaia 5.

Num. 16.

¶ Quod si non feceritis, ego ascendam contra vos, & convocabo cælum, & terram, & omnia elementa.

Gravis comminatio &

inrepa-
tio ad-
versus
superbos.
Sap. 5.

Isaia 2.

Psal. 138.

Psal. 74.

Psal. 135.

738 DE TRIBUS
menta adversum vos, & pugna-
bit mecum orbis terrarum con-
tra insensatos & superbos. Et in-
curvabitur altitudo vestra, & sub-
limis erit in conculcationem, &
gloriosus terræ in confusionem.

Væ, qui ascenditis ad latera
aquilonis super montem excel-
sum valde, ut videatis omnia reg-
na mundi, & gloriam eorum. Et
dicitis; Spes nostra turris Baby-
lonis, illic sedebimus, & gaude-
bimus.

Sed non erit, neque stabit ver-
bum istud. Planctum istum pro-
cantu audietis; *Filia Babylonis*
miseræ, beatus qui retribuet tibi
retributionem tuam, quam pro-
meruisti.

Ecce malleolus & incus, virga
& baculus, stridor & fletus, super
omnem arrogantem. Cujus & de-
jectio, ignominia & confusio,
super omnem præsumentem.

Nolite ergo in altum extol-
lere cornu vestrum, nolite loqui
adversus Deum iniquitatem; sed
exinanite vos, usque ad funda-
mentum in ea congregatione, in
qua statis.

Fun-

Fundamentum est ipsa humilitas; & aliud fundamentum nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

Humilitas fundamentum.

Hoc fundamentum fundatur in montibus sanctis; diligit enim Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Babylonis.

Psal. 86.

9. De humilibus loquendum fuerat, sed superbia Satanae hoc impedivit. Nam sunt plurimi ad ascensum tam prompti; ad descensum vero pigri; satis parati ad honores, ad gradus, & prælationes.

Sentiunt de se magna, præsumunt fortia, & imaginantur his multa similia. Hæc mala cavenda sunt, & à corde pauperum Christi citius repellenda.

Est etiam laudandum in humili valde, quòd tam tardus invenitur ad tumultus seculi, ad interiora vero sollicitus, quoniam apparere foris nimis metuit, & abscondi ab hominibus velut mortuus gaudet.

Aliæ humilis notæ & proprietates. Secularium incurius;

Studium ejus circa humilia exemplum Sanctorum, circa materiam

Interiora considerat.

740 DE TRIBUS
riam propriæ fragilitatis, & me-
moriæ humilis Jesu inter ho-
mines conversantis.

Multam invenit seipsum hu-
miliandi causam, & silvam mag-
nam quærit devote meditati-
tam diebus quàm noctibus.

Io. Legit ergo in Scripturis
sanctis, & considerat quàm longa
sit à Sanctorum virtutibus. Mira-
tur eorum exercitia, labores, ten-
tationes, abstinentias: intuetur
summam humilitatem, fortissi-
mam patientiam, perfectam obe-
dientiam, & plenam omniū rerū
secularium mortificationem.

Dolet se
longius
abesse à
ss Vesti-
giis.

Hæc sæ-
pius te-
cum alta
mente
pondera,
quisquis
virtutem
& profe-
ctum a-
mas.

Deflet ideo acriter, & contri-
statur vehementer, quia non est
in eo talis virtutum fervor, ne-
que pro acquirendis virtutibus
consimilis labor.

Ah pulvis, inquit, quid nos
sumus? Caro & sanguis, in quibus
nos involuti jacemus. Terra pa-
tria nostra; terrena cogitatio no-
stra; animalis conversatio no-
stra; lignum & lapides occupatio
nostra Esca & potus, somnus &
otium, in finibus nostris. O quan-
tum in imo sumus, qui vix vesti-
gium,

gium pedis de virtutibus Sanctorum habemus!

Et tamen adhuc superbimus, & viam humilitatis non quærimus? Adhuc in bonis tepescimus, in malis quotidie fenescimus, & putari aut videri ab aliis aliquid volumus.

Hoc est enim alienum ab humili corde, quod fervet jugiter proficendi desiderio. Consideravit enim se, & abiit amarus in indignatione spiritus sui, ad interius cubiculum suum, ut ploret ibi.

Iacob. I.

Deinde surgens legit in Apostolo Paulo, quid de se sentiat: Ego (inquit) sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

1. Cor. 15.

Et in Evangelio de beata Virgine: Respexit Deus humilitatem ancilla sua. Et iterum in Prophetis: Humilia vi in jejunio animam meam, & posui vestimentum meum cilicium. Et cum Abraham: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.

Luce I.

Psal. 34.

Gen. 18.

Omnia hæc operatur in ele-

do-

Sanctorum cordibus vera humilitas,
quæ omnium virtutum causa est
& custos.

**Humili-
tatis præ-
clara elo-
gia.**

II. Surge nunc, atque occur-
rens illi, dic ad eam: Beneveniat
Domina mea *Humilitas*. Ingre-
dere ad me, ô virtus Christi, in-
ventrix gratiæ, singularis gloria
Virginis Mariæ. Accede ad
me, ô reparatio læsæ charitatis,
reconciliatio totius humanæ
perditionis.

Per te cœli aperti sunt, & per
te claustra inferni confracta. Per
te erecti sumus, & per te ad pa-
triam reducti.

Tu de peccatoribus facis ju-
stos, & justos Angelis associas.
Tu Christum de cœlo vocasti,
& Mariam super choros Ange-
lorum exaltasti.

Jacobi 4.

Deus licet dives sit in gratia,
nemini tamen nisi humili con-
fert gratiam. Et quia hæc virtus
præ omnibus in Maria abunda-
vit, ideo & ipsa gratia plena fuit.

Luca 1.

**Humili-
tas virtus
Sanctorum
maxima.**

Jam claret, quod humilitas est
omnium Sanctorum, & fuit sem-
per virtus maxima. Ipsa meretur,
quod meritis non debetur; ipsa
per:

TABERNACULIS. 743
percipit, quod littera non doce-
tur.

Hæc casum nescit, quia nun-
quam de se magna præsumit.

Qui hanc habet, diligit &
custodit, in pace Christi dor-
miet, & requiescet, sicut Christus
humilibus repromisit, *Discite à* Matt. II
me, quia mitis sum & humilis
corde, & invenietis requiem a-
nimabus vestris.

DE TABERNACULO III,

Id est,

DE PATIENTIA.

CAP. X. De necessitate patientiæ
inter tot misérias hujus vitæ.

S. **P**ostquam, Domine, de san-
ctæ Paupertate & Humili-
tate, quædam eloqui dignatus es,
restat jam, ut secundum promif-
sum tuum, de Patientia mirabili
virtute, seruo tuo aliqua infi-
nues. Fateor hoc namque coram
te, multum me hac virtute egere,
& valde mihi opus esse multa pa-
tientia,

Patientiæ
nobis
præcipue
necessa-
ria;

Zz

Qua-